



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

27. Quis Prælati non exemptis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## QVÆSTIO XXVII.

*Quis Prælati non exemptis.*

Quæstionis explicatio.

**S**Vnt in diœcesi Leodiensi Prælati, de quibus indubium est eos immediate subesse Episcopo, vt Abbates & Priores Canonorum Regularium diui Augustini, Decani rurales & alii nonnulli: Quæritur ergo quis grassante peste tenebitur illis sacramenta ministrare.

*Responsio.*

**E**Piscopus, siue per se, siue per aliũ, quia esteorum proximus Pastor.

Dixi, *per se vel alium*, quia non solet, neque subinde expedit, vt postpositis grauioribus diœcesis negotiis, dedat se huic functioni, quæ plerumque per alios inferiores sacerdotes æque bene perfici potest.

Dices: Per quem hoc munere fungi solet Episcopus circa præfatos Abbates & alios sibi immediate subiectos.

ꝛ. Per Priores, Supprios, qui vel ex regula vel statutis aut consuetudine solent suorum Prælatorum confessiones excipere.

Dices secundo: Possuntne huiusmodi Prælati pro se & suis sacerdotem etiam seculare eligere, & ad hoc munus obligare.

ꝛ. Non

R. Non possunt de iure, Consuetudine tamen huius diœcesis ex tacito Episcopi consensu videtur introductam, vt sibi eligant.

Dices tertio: Per quem solet Episcopus fungi hoc munere circa Decanos rurales.

R. Per pastores, quos Decani sibi subiectos habent, hi enim sicut suorum confratrum pastorum, ita & Decani sui confessiones excipere solent.

Dices quarto: Tenentur prædicti ministrare ex iustitia vel charitate.

R. Vide quæ ante diximus de duplici modo eligendi.

### Q V Æ S T I O XXVII.

*Quis canonicis Regularibus & Pastoribus ruralibus?*

Quæstionis explicatio.

**E**X dictis non est difficilis quæstionis resolutio, tantum aduertendum, vt cum canonici regulares, sicut & pastores respectiue sibi mutuo sacramenta ministrare soleant, sciatur quis ex iustitiæ debito vel solius charitatis teneatur illa ministrare.

*Responsio.*

**A**bbates & Decani rurales tenentur respectiue suis canonicis regularib. & pastorib.